

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7249

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Richard d'Ilchester, Winchester (évêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1182]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation d'un échange conclu entre l'église de Winchester et l'abbaye de Cormeilles.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DLXIX, t. 2, p. 148-149.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1182 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 148. Goutier de Coutances, trésorier de Rouen, a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183 ; Henri II n'a pas été en Normandie dans les premiers mois de 1183. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justitiis, vicecomitibus, ministris et omnibus hominibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse ecclesie Wintoniensi et Ricardo Wintoniensi episcopo et omnibus successoribus suis in perpetuum terras et decimas de Cnoel quas monachi de Cormeillies habebant apud Knoel, et ipsam ecclesiam de Cnoel cum omnibus pertinentiis suis et quicquid predicti monachi habebant vel clamabant habere in illa ecclesia sive in manorio de Cnoel. Et concedo et volo quod predictus episcopus et ecclesia Wintoniensis omnia ea habeant et teneant imperpetuum bene et in pace, sicut carta abbatis et conventus de Cormellis et carta Arnulfi Lexoviensis episcopi, qui isti facto interfuit, inde facte testantur. Similiter concedo et volo quod monachi et ecclesia Cormel[liensis] habeant et teneant bene et in pace ecclesiam de Bosco Herlewini, sicut Oliverus de Aubinni et alii qui jus advocationis sibi in illa ecclesia vendicabant amore Dei et Ricardi Wintoniensis episcopi et perquisitione ipsius eis concesserunt, et sicut predictus Lexoviensis episcopus eandem ecclesiam, in cuius parochia ipsa est, carta sua eis confirmat. Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia Wintoniensis et predictus Wintoniensis episcopus et successores sui teneant imperpetuum predictas terras et decimas et prenominatam ecclesiam de Cnoel cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace, libere et quiete et

integre, sicut tenent alias ecclesias de dominiis episcopatus Wintoniensis. Et similiter volo et firmiter precipio quod abbatia de Cormeillies habeat et teneat in perpetuum predictam ecclesiam de Bosco Herlewini cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace et integre et quiete.

Teste (sic) Henrico Baiocensi episcopo, magistro Waltero de Constanciis archidiacono Oxenefordensi, Rannulfo de Glanvilla, Hugone de Creissi, Roberto Filio Bernardi, Sehero de Quinci, Roberto de Stutevill[a], Waltero Filio Roberti, Alveredo de Sancto Martino.

Apud Cadomum.